UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXII. Indiculus precatorius ad Episcopum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

quicquid ibidem inuentum fuerit, ſine vllius iudicis cõſignatione pars monaſterij noſtri elitigato ordine præſentialiter ipſam rem immelioratam in noſtrum faciat reuocare dominium, & hæc commendatia firma ſit. Facta commendatia in ipſo monaſterio ſancti illius, publiciter in anno XII. regni.

XXII. INDICVLVS QVEM *præpoſitus tranſmittit ad Abatem.*

DOmino ſancto & Apoſtolica ſede colendo, in Chriſto venerabili domno & patri illi pontifici, vrbis illius, ciuitatis illius, Ego in Dei nomine ille, bene cupiens veſter, in Domino vobis dirigimus ſalutem, & precamur ſanctitatem veſtram vt pro nobis orare dignemini. Denique cognoſcatis quod iſte homo veſter, nomine illo, ad

nos confugium fecit, & dixit quod contra vos culpas habeat commiſſas. Propterea has litteras cum ſalutatione ad vos direximus, & precamur vobis, vt vitam & immancationem, & diſciplinam corporalem ei concedere iubeatis, aliam pœnitentiam qualem ei volueritis iudicare in veſtra eſt poteſtate. Qualiter ipſe homo ſecum gaudeat, quod noſtram ſuggeſtionem ad vos deportaſſet, & vnde nobis reconiungitis vobis remerire cupimus. Quid plura.

XXIII. *INDICVLVS QVEM præpoſitus tranſmittit ad Abatem.*

DIligendo ad nos domno, & in Chriſto patri noſtro venerabili illi Abati, Ego ille ſeruiens atq; præpoſitus veſter. In primis, illud precamur ſanctitatem veſtram, vt